

narum, nunc furéntis mucroni militum totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focus trophæum Domini signare victoris: nunc feratis colla manisque ambas inserere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexu includere. Novum martyrii genus. Nondum idonea poenæ, & jam matúra victoriæ: certare difficilis, facili coronari: magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehēbat ætatis.

R. Mel & lac ejus ore suscepi, * Et sanguis ejus ornavit genas meas. **V.** Ostrēdit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se datum repromisit. Et sanguis. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Non sic ad thalamum nupta pererāt, ut ad supplicii locum, læta succēsu, gradu festina virgo processit. Flere omnes, ipsa sine fletu. Mirari perique, quod tam facili vitæ suæ prodiga, quam nondum hauerat, jam quasi perfuncta donaret. Stupere universi, quod jam divinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatem esse non posset. Quantum terrere egit carnifex, ut timeretur, quantis blanditiis ut suaderet, quantum vota, ut sibi ad nuptias conveniret? At illa: Et hæc sponsi injuria est, inquit, expectare placiditram. Qui me sibi prior elegit, accipiet; quid percussor moraris? Preat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneret trepidare carnificem, quasi ipse additus fuisset, tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno ti-

mētis periculo, cūm puella non timēret suo. Habētis igitur in una hostia duplex martyrium, pudoris, & religionis. Et virgo permansit, & martyrium obtinuit.

R. Jam corpus ejus corpori meo sociatum est, & sanguis ejus ornavit genas meas: * Cujus mater virgo est, * ejus pater feminam nescit. **V.** Ipsi sum desponsata, cui Angeli serviunt, ejus pulchritudinem sol & luna mirantur. Cujus. **Gloria Patri.** Cujus.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Cujus pulchritudinem sol & luna mirantur, ipsi soli servo fidem.

Psalmus 14.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihil deductus est in conspectu ejus malignus: * timētes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & minera super, innocentem non accipit.

Qui facit hæc, * non movēbitur in ætēnum.

Añs. Cujus pulchritudinem sol & luna mirantur, ipsi soli servo fidem. **Añs.** Christus circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis pretiosis.

Psalmus 44.

Ruclavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, * vel lociter scribentis.

Spe

Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est grātia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ * intēde, prospere procede, & regna,

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ accitæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à ómnibus ebúrneis: * ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo.

Asstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filie Tyri in munéribus: * vulnum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filie regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constituit eos principes super omnem terram.

Mémores erunt nómimis tui * in omni generatione & generationem. Propterea pópuli confitebuntur tibi.

Part Hyemalis.

bi in ætēnum: * & in sæculum sæculi.

Antiphona. Christus circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis pretiosis.

Antiphona. Ipsi sum desponsata, cui Angeli serviunt, ejus pulchritudinem sol & luna mirantur.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris.

Sonaverunt, & turbatae sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificavit civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manū diluculo.

Conturbatae sunt gentes, & inclinatae sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte ópera Dómini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: * & scuta comburet ignis.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Antiphona. Ipsi sum desponsata, cui Angeli serviunt, ejus pulchritudinem sol & luna mirantur. **V.** Elegit eam Deus, & praelégit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectiones de Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Simile erit regnum celorum decem virginibus, ut in Comuni Virginum.

Ss

R.

R. vij. Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur: Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo. **V.** Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ipsi soli.

R. viij. Omnipotens, adorande, colende, & tremende, benedico te: Quia per Filium tuum unigenitum exasi minas hominum impiorum, & spurcitas diaboli impoluto calle transiui. **V.** Te confiteor labiis, te corde, te totis visceribus concupisco. Quia. Gloria Patri. Quia.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Ingressa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini preparatum inuenit. **Psalm.** Dominus regnavit, cum reliquis. 14. **Añã.** Mecum enim habeo custodem corporis mei, Angelum Domini. **Antiphona.** Annulo suo subarrhauit me Dominus meus Jesus Christus, & tamquam sponsam decorauit me corona. **Añã.** Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinctus est a latere meo. **Añã.** Congaudete mecum, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepit.

Capitulum. **Eclii. 51.**
Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorum meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus.
Jesu, corona Virginum,
Quem mater illa concepit,
Quae sola virgo parturit,

Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia,
Septus choræis virginum,
Sponsus decorus gloriæ,
Sponsisque reddens præmia.
Quocumque tendis, Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria,
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in ætænum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce quod concupiui, jam video: quod speraui, iam teneo: ipsi sum juncta in cœlis, quem in terris posita, tota deuotione dilexi.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confidas: concede propitius; ut qui beatæ Agnætis Virginis & Martyris tuæ sollemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiphona. Mecum enim habeo. **Capitulum.** Confitebor, ut supra.

R. breue. Spécie tuâ * Et pulchritudine tuâ. Spécie tuâ. **V.** Intende, prospère procede, & regna. Et pulchritudine. Gloria Patri. Spécie tuâ. **V.** Adiuuabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commouebitur.

Ad Sextam, Antiph. Annulo suo. **Capitulum.** **Eclii. 51.**

Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus, preparatis ad escam,

cam, de manibus querentium animam meam, & de multis tribulationibus, que circumdederunt me.

R. breue. Adiuuabit eam. * Deus vultu suo. Adiuuabit. **V.** Deus in medio ejus, non commouebitur. Deus vultu. Gloria Patri. Adiuuabit. **V.** Elegit eam Deus, & praelégit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Congaudete mecum.

Capitulum. **Eclii. 51.**

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiae, Domine Deus noster.

R. breue. Elegit eam Deus, * Et praelégit eam. Elegit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelégit. Gloria Patri. Elegit eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætænum.

Ad Vesperas, Antiphona. Ingressa Agnes. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 100. & loco ultimi. **Psalmus.** Lauda Jerusalem. 117. **Capitulum & Hymnus, ut in Laudibus.** 645.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætænum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stans beata Agnes in medio flammæ, expansis manibus orabat ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te, & glorificio nomen tuum in ætænum.

Oratio. Omnipotens, ut sup. 645. Deinde fit Comm. Festi sequentis.

DIE XXII. JANUARI.

In Festo SS. Vincentii & Anastasii

Martyrum. Semiduplex.
Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xlvij. præter sequentia.

Antiphona. Istorum est enim reg-

num cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & peruenérunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Letamini in Domino & exultate justi. **R.** Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos non esse cognoscimus, beatum Martyrum tuorum Vincentii & Anastasii intercessione liberemur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Vincéntius Osce in Hispania citeriore natus, a prima ætate studiis deditus, sacras litteras a Valerio Casaraugustano Episcopo didicit: cujus etiam partes suscepit prædicandi Evangelium, quod Episcopus, propter linguæ impedimentum, prædicandi officio fungi non poterat. Ea re ad Dacianum, provinciam à Diocletiano & Maximiano præpositum delata, Vincéntius Casaraugustæ comprehenditur, & vincitur ad Dacianum Valéntium adducitur. Ubi verberibus & equulo tortus, multis præsentibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborum a proposito deterreri posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositus, ac ferreis unguibus excarnificatus, candentibus laminis exustus, iterum ducitur in carcerem stratum testaceis fragmentis, ut ejus nudum corpus somno oppressum a subjectis etiam testamentum aculeis torqueretur.

R. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, seruentes præceptis tuis, ut inuenirentur illasi in aquis validis: * Terra apparuit arida: & in Mari rubro via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit petram,

flavérunt aquæ, & torrèntes inundaverunt. Terra.

Lectio v.

Verùm illo in tenebricosa incluso custodia, clarissimus splendor obortus, totum carcerem illustravit: quæ lux cum summa admiratione omnes, qui aderant, affecisset; res a custode carceris ad Daciánum defertur. Qui octavum in molli cœlitra collocat: & quem cruciátibus in suam sententiám trahere non poterat, deliciis perducere conatur. Sed victus Vincéntii ánimus Jesu Christi fide speque munitus vicit omnia: & ignis, ferri, tortórum immanitate superata, victor ad cœlestem martyrii corónam advolávit, undécimo Kaléndas Februarii. Cujus corpus, cum projectum esset inhumátum, corvus & à volúcribus, & à lupo, úngibus, rostro, alis, mirabiliter defendit. Quæ re cognita, Daciánus illud in altum mare demergi jubet: sed inde étiam divinitus ejectum ad litus, Christiáni sepeliunt.

R. Verbera carnificum non timéunt Sancti Dei, morientes pro Christi nómine: * Ut hæredes fierent in domo Dómini. **V.** Tradiderunt corpóra sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lectio vi.

Anastásius Persa, Mónachus, Heraclio Imperatóre, cum sanctam Jerosolymórum terram visitasset, ad Casaréam Palæstinæ pro Christi religione vincula & verbera constanter perpessus est. Mox à Persis ob eandem causam variis cruciátibus affectus, à rege Chóstroa, uná cum septuaginta aliis Christiánis, securi percussit. Cujus reliquæ primùm Jerosolýmam ad Monastérium, in quo monasticam vitam professus erat, deinceps Romam delatæ, collocatæ sunt in

Monastério ad aquas Sálvias. **R.** Tamquam aurum in fornace probávit electos Dóminus, & quasi holocásti hóstiam accepit illos: & in rémpore erit respectus illórum: * Quóniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Cum audieritis prælia, de Communi plurimorum Martyrum. iv.

Vesperæ à Capitulo de S. Raymundo.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo S. Raymundi de Peñaafort Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij. præter ea quæ hic habentur: & in Hymno. Iste Confessor dicitur. **V.** Hæc die lætus meruit supremos Laudis honores.

Oratio.

Deus, qui beatum Raymúndum poenitentiæ Sacraménti insignem ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti: concede, ut ejus intercessióne dignos poenitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dóminum.

Deinde fit Commem. SS. Vincéntii & Anastásii Martyrum.

Postea S. Emerentianæ Virginis & Martyris, Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in æternum.

V. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intènde, prospère procédè, & régna.

Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata Emerentiana Virgo & Martyr imploret: quæ tibi gra-

grata semper éxstitit & mérito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dóminum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Beatús Raymúndus Barcinonénsis ex nobili familia de Peñaafort, Christiánæ religionis rudimentis imbútus, adhuc párvulus eximíá animi & córporis indole magnum áliquid portèndere visus est. Nam adolescens humaniòres literas in pátria professus, Bonóniam se contulit, ubi pietatis officii, ac Pontificio, Civilique juri seduló incumbens, & Doctoris laurea insignitus, ibidem sacros Cánones magna cum hóminum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum famâ percrebrescente, Berengárium Barcinonénsis Episcopus, cum Româ suam ad Ecclesiám rediret, eum conveniendi causâ Bonóniam iter instituit, & tandem summis præbicus, ut secum in pátriam reverteretur, obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiæ Canonicatu, & Præpositura ornatus, univérso Clero & pópulo, integritate, modestiâ, doctrinâ, & morum suavitate præfúlsit, ac Deiparæ Virginis, quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem & cultum semper pro viribus auxit.

R. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Annum circiter quintum supra quadragesimum agens, in Ordine Fratrum Prædicatórum, ut solènni emissâ professione, ut novus miles, in omni virtutum genere, sed præcipuè in charitatè erga egénos,

& maxímè captivos ab infidelibus detentos, se exércuit. Undè cum ejus hortatu Sanctus Petrus Noláscó (cujus ipse confessiónes audiebat) suas opes pisimo huic óperi conferret; tum eidem, tum beato Raymúndo, & Jacobo Primo Aragoniæ Regi appàrens beatíssima Virgo, gratissimum sibi, & unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem institueretur Ordo Religiosórum, quibus captivos ex infidélium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare collatis inter se consiliis, Ordinem beatæ Mariæ de Mercede Redemptiónis Captivórum fundaverunt: cui beátus Raymúndus ejusdem Ordinis vocatiónem accommodatissimas; quarum approbationem áliquot post annos à Gregório Nono impetrávit, & dictum Sanctum Petrum primum Generálem Ordinis Magistrum suis ipse máibus hábitu eodem indútum, creávit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

Lectio vi.

AB eodem Gregório Romam accersitus, & Capelláni, ac Poenitentiárii, & Confessárii sui múnere decorátus, ejusdem jussu Romanórum Pontificum decretá, in diversis Conciliis & Epistolis sparsa, in unum Decretálum volúmen redégit. Archiepiscopátum Tarracóensem ab ipso Pontifice sibi oblatum constantissimè recusávit. Et totius Ordinis Prædicatórum Generále Magistérium, quod per biénium sanctissimè administraverat, sponte dimisit. Jacobo Aragoniæ Regi sacre Inquisitionis officii suis in Regnis institúendi auctor fuit. Multa patravit miracula; inter quæ

illud clarissimum, quod ex insula Baleari Majori Barcinonem reversurus, strato super aquas pallio, centum sexaginta milliaria sex horis confecerit, & suum Cœnobium januis clausis fuerit ingressus. Tandem propè centenarius, virtutibus & meritis cumulatus, obdormivit in Domino anno salutis millésimo ducentésimo septuagésimo quinto, quem Clemens Octavus in Sanctorum numerum rétulit.

¶ Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia. In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papa in Evangelium Sint lumbi vestri præcincti, ut infra in Communi. lxxviii.

Pro S. Emerentiana Virgine & Mart. **Lectio ix.**

Emerentiãna virgo Romãna col-lactãna beate Agnētis, adhuc catechumena, fide & charitate flagrans, furētes in Christianos idolōrum cultōres cum vehemētius accusaret, à concitãta multitidine lapidibus obrupta est. Quæ in cruciatibus orans ad sepulchrum Sanctæ Agnētis, próprio sanguine, quem pro Christo constanter effudit, baptizata, animam Deo reddidit.

Te Deum laudamus. 13.

In Laudibus fit Commemoratio S. Emerentianæ. **Ant.** Simile est regnum cœlorum homini negotiatōri querenti bonas margaritas: inventã unã pretiosã, dedit omnia sua, & comparavit eam. **¶** Diffusa est grãtia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio. Indulgentiã nobis, ut supra. 647.

Vesperæ à Capitulo de S. Timotheo Episcopo & Mart. cum Commemoratione S. Raymundi.

DIE XXIV. JANUARI.

In Festo S. Timothei Episcopi & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xxij. præter sequentia.

Oratio.

Infirmiãtatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Timothei Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dñm nostrum.

Deinde fit Commemor. S. Raymundi. **Ant.** Hic vir despiciens mundum & terrēna, triumphans, divitias cœlo cōdidit ore, manu. **¶** Justum deduxit Dñmus per vias rectas. **R.** Et ostēdit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui, ut supra. 647.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. Nocturno. **Lectio iv.**

Timótheus, Lystris in Lycaonia natus ex patre Gentili, & matre Judæa, Christianam colēbat religionem, cum in ea loca venit Paulus Apóstolus. Qui famã commōtus, quæ de Timothei sanctitate percrebruerat, ipsum adhibuit socium suæ peregrinãtionis: sed propter Judæos, qui se ad Christum converterant, scientes Timothei patrem esse Gentilem, eum circumcidit. Cum igitur ambo Ephesum venissent, ibi ordinatus est Episcopus ab Apóstolo, ut eam Ecclesiã gubernãret.

R. Honéstum fecit illum Dñmus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **¶** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lec-

Lectio v.

Ad quem Apóstolus duas Epistolas scripsit, alteram Laodicæã, alteram Romã: quibus in pastoralis officii cura confirmatus, cum sacrificium, quod uni Deo debetur, fieri dæmonum simulacris, ferre non posset, pópulum Ephesium, Diane in ejus celebritate immolantem, ab illa impietate removere conatus, lapidibus obrutus est: ac penè mórtuus, à Christianis eréptus, & in montem oppido vicinum delatus, nono Kalendas Februarii obdormivit in Dño.

R. Desiderium anime ejus tribuisti ei Dñmine, * Et voluntate labiōrum ejus non fraudasti eum. **¶** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermone 44. de Sanctis.

Lectio vi.

Triumphális beati Martyris Timothei dies hodiè nobis anniversaria celebritate recurrit: cujus glorificatiōni sicut congaudet Ecclesiã, sic ejus proponit sequenda vestigia. Si enim compatiuntur, & conglorificabimur. In cujus glorioso agone duo nobis præcipue consideranda sunt: incurrata videlicet tortōris sævitiã, & Martyris invicta patientiã. Sævitiã tortōris, ut eam detestemur patientiã Martyris, ut eam imitemur. Audi Psalmistam adversus malitiam increpantem: Noli æmulari in malignantibus: quoniam tamquam scenum velociter arrescent. Quod autem adversus malignantes patientiã exhibenda sit, audi Apóstolum suadentem: Patientiã vobis necessariã est, ut reportetis promissiones.

R. Stola jucunditatis induit eum Dñmus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

¶ Cibavit illum Dñmus pane vitæ & intelléctus: & aquã sapientiæ salutãris potavit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papa in Evangelium Si quis venit ad me, de Communi unius Martyris. xxix.

Vesperæ de Conversione S. Pauli.

DIE XXV. JANUARI.

In Conversione S. Pauli Apostoli. Duplex.

Ad Vesperas. **Ant.** Ego plantavi, cum reliquis de Laudibus. 654. Psalmus. Dixit Dñmus, cum reliquis de Dominicis, 100. & loco ultimi, Psalm. Laudate Dñm. 104. Capitulum. **Ant.** 9.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Dñmi, accessit ad principem sacerdotum, & peticit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset hujus vite viros, ac mulieres, vincitos perduceret in Jerusalem.

Hymnus.

Egrégie Doctor Paulè mores instrue,

Et nostra tecum pectora in cœlum trahe:

Velata dum meridiem cernat Fides,

Et solis instar sola regnet Chãritas.

Sit Trinitati sempiterna gloria, Honor, potestas, atque jubilatio, In Unitate que gubernat omnia Per universa aternitatis secula. Amen.

¶ Tu es vas electiōnis Sancte Paulè Apóstole. **R.** Prædicator veritãtis in universo mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vade Anania, & quære Saulum: ecce enim orat: quia vas electiōnis est mihi, ut portet nomen meum coram Gẽtibus, & rēgibus, & filiis Israël.

Ss 4

Ora-

Oratio.

DEus, qui univēsum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus, ut qui ejus hodiè Conversionem cōlumus, per ejus ad te exemplā gradiamur. Per Dōminum.

Pro Commemoratione S. Petri, Antiphona. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum, tibi traditæ sunt claves regni cælorum. **V.** Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificābo Ecclesiā meam.

Oratio.

DEus, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificum tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Deindè pro Commem. S. Timothei, Antiphona. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **V.** Justus, ut palma florēbit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Infirmiātem nostram, ut supra. 649.

Ad Matutinum Invitatorium. Laudemus Deum nostrum, * In Conversione Doctōris Gēntium. **Psalmus.** Venite, exultēmus. 1. **Hymnus.** Egrēgie Doctor, ut supra.

In primo Nocturno, Añā.

Qui operatus est Petro in Apostolatū, operatus est & mihi inter Gentes: & cognoverunt grātiā, quæ data est mihi à Christo Dōmino. **Psalmus.** Cæli enarrant, cum reliquis de Comuni Apostolorum, iv. **Antiphona.** Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem justus judex. **Psalmus.** Benedicam Dōminum. **Añā.** Mihi vivere Christus est, & mori lucrum: gloriārī me oportet in cruce Dōmini nostri Jesu Christi. **Psalm.** Eructa-

vit cor meum. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Pater noster. **Absolutio.** Exaudi Dōmine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiōne perpetuā.

De Actibus Apostolorum.

Lectio i. *Cap. 9.*

SAulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Dōmini, accessit ad principem sacerdotum, & pētit ab eo epistolas in Damascum ad synagōgas: ut si quos invenisset hujus viæ viros, ac mulieres, victos perdiceret in Jerusalem. Et cū iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco, & subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Dōmine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare.

R. Qui operatus est Petro in apostolatū, operatus est & mihi inter Gentes: * Et cognoverunt grātiā Dei, quæ data est mihi. **V.** Grātia Dei in me vacua non fuit, sed grātia ejus semper in me manet. Et cognoverunt. **Ben.** Unigenitū Dei Filius.

Lectio ij.

ET tremens, ac stupens dixit: Dōmine, quid me vis facere? Et Dōminus ad eum: Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupēfacti, audientes quidem vocem, nēminem autem vidētes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil vidēbat. Ad manus autem illum trahētes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.

R. Bonum certāmen certāvi, cursum

sum consummāvi: fidem servāvi: Ideoque repōsita est mihi coronā justitiæ. **V.** Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. Ideo dicitur. **Bened.** Spiritus sancti grātia.

Lectio iij.

ERat autem quidam discipulus Damasci, nōmine Ananias: & dixit ad illum in visu Dōminus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Dōmine. Et Dōminus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur Rectus: & quare in domo Judæ Saulum nōmine Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nōmine, introeūntem, & imponentem sibi manus ut visum recipiat.) Respondit autem Ananias: Dōmine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem: & hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dōminus: Vade, quoniam vas electiōnis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Ego enim ostendam illi quanta oportet eum pro nōmine meo pati.

R. Repōsita est mihi coronā justitiæ, * Quam reddet mihi Dōminus in illum diem justus judex. **V.** Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. Quam reddet. Glōria Patri, Quam reddet.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Tu es vas electiōnis Sancte Paule Apostole, prædicātor veritātis in univēso mundo. **Psalmus.** Omnes Gentes. **Antiphona.** Magnus Sanctus Paulus vas electiōnis, verè dignè est glorificāndus, qui & meruit thronum duodecimum possidere. **Psalmus.** Exaudi Deus deprecationem. **Antiphona.** Bonum certāmen certāvi, cursum consummāvi,

fidem servāvi. **Psalmus.** Exaudi Deus orationem meam. **V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mēiores erunt nōminis tui Dōmine. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens. **Sermo Sancti Augustini Episcopi.**

Sermone 14. de Sanctis.

Lectio iv.

Hodiè de Actibus Apostolorum lectio hæc pronuntiata est: ubi Paulus Apostolus ex persecutore Christianorum, annuntiatore factus est Christi. Prostravit enim Christus persecutorem, ut faceret Ecclesiā Doctorem: percussit eum, & sanans occidens, & vivificans: occisus agnus à lupis, & faciens agnos de lupis. Itā enim in præclara prophetia, cū Jacob Patriarcha benediceret filiis suis (præsentēs tangens, futūra prospiciens) prædictum erat, quod in Paulo contigit. Erat autem Paulus, sicut ipse testatur, de tribu Benjamin. Cū autem Jacob benedicens filios suos, venisset ad benedicendum Benjamin, ait de illo: Benjamin lupus rapax. **R.** Tu es vas electiōnis, Sancte Paule Apostole, prædicātor veritātis in univēso mundo: * Per quem omnes Gentes cognoverunt grātiā Dei. **V.** Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Per quem. **Benedictio.** Christus persequere.

Lectio v.

Quid ergo? lupus rapax semper? Absit, sed qui manē rapit prædam, ad vespēram dividit escas. Hoc in Apostolo Paulo impletum est, quia & de illo dictum erat. Jam, si placeat, audiamus illum manē rapientem, ad vespēram escas dividentem. Manē & vespere pōsita sunt pro eo, ac si diceretur, prius, & postea. Sic ergo accipiamus: prius rapiet, postea dividet escas. Atten-

dite raptorem. Saulus, inquit, accepit epistolam à principibus sacerdotum, ibat ut ubicumque inveniret Christianos, ad sacerdotes attraheret, & addiceret, utique puniendos.

R. Gratiâ Dei sum id quod sum: * Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed semper in me manet. **V.** Qui operatus est Petro in Apostolatū, operatus est & mihi inter Gentes. Et. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Ibat spirans & anhélans cædes, hoc est, manè rapiens. Nam & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, evidentiùs aderat & Saulus, & sic aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat: magis sapiens omnes adjuvando, quam suis manibus lapidando. Audivimus, manè rapiet: videamus ad vespèram qualliter dividat escas. Voce Christi prostratus de cælo, & accipiens desuper interdictum jam sapiendi, cecidit in faciem suam, priùs prosternendus, postea erigendus: priùs percutiendus, postea sanandus.

R. Saulus, qui & Paulus, magnus prædicator, à Deo confortatus convalescebat, & confundebat Judæos. **V.** Ostendens, quia hic est Christus Filius Dei. A Deo confortatus. Glória Patri. A Deo.

In tertio Nocturno, Antiphona. Saulus, qui & Paulus, magnus prædicator à Deo confortatus convalescebat, & confundebat Judæos. **Psal.** Confitebimur. **Añs.** Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dóminum rogavi, ut auferretur à me, & dixit mihi

Dóminus: Sufficit tibi, Paule, grátia mea. **Psalm.** Dóminus regnavit, exóltet. **Añs.** Reposita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus iudex. **Psalm.** Dóminus regnavit, irascantur. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eórum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domine. **Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Homilia in Natali Sancti Benedicti.

Perfectus ille est, qui abiens vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim thesaurum non deficientem in cælis. Undè benè interrogante Petro, dixit talibus Jesus: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. In hac quippe vita pro ejus nomine laborantes, in alia præmium sperare dõcunt, id est, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalẽ fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

R. Sancte Paule Apóstole, prædicator veritatis, & Doctor Géntium, * Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit, ut digni efficiamur gratiæ Dei. **V.** Tu es vas electionis Sancte Paule Apóstole, prædicator veritatis. Intercede. **Benedictio.** Cujus festum colimus.

Lecc

Lectio viij.

ET justa prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humane gloriæ celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui à sequendis ejus vestigiis nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putet, duodecim tantum Apóstolos, quia pro Juda prævaricante Mathias electus est, tunc esse judicandos, sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israël judicandæ: aliòquin tribus Levi, quæ tertiadecima est, injudicata recedat. **R.** Damasci præpositus gentis Aræte regis voluit me comprehendere: * Et à fratribus per murum demissus sum in sporta. * Et sic evasi manus ejus in nomine Dómini. **V.** Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi scit quia non mentior. Et à fratribus. Glória Patri. Et sic. **Bened.** Ad societatem. **Lectio ix.**

ET Paulus, qui tertiusdecimus est Apóstolus, judicandi sorte privabitur, cum ipse dicat: Nesclitis, quóniam angelos judicabimus, quanto magis sæcularia? Sciendum namque est, omnes qui ad exemplum Apóstolorum sua reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, iudices cum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse judicandum. Quia enim duodenario sæpe numero solet in Scripturis universitas designari, per duodecim sedes Apóstolorum, omnium numerositas judicantium; & per duodecim tribus Israël, universitas eórum, qui judicandi sunt, ostenditur.

Te Deum laudamus. 13.

AD LAUDES,

& per Horas Antiphona.

EGo plantavi, Apólo rigavit, Deus autem incrementum dedit, alleluia. **Psalm.** Dóminus regnavit, cum reliq. 14. **Añs.** Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,

ut inhabet in me virtus Christi. **Añs.** Grátia Dei in me vacua non fuit, sed grátia ejus semper in me manet. **Añs.** Damasci, præpositus gentis Aræte regis voluit me comprehendere: à fratribus per murum demissus sum in sporta, & sic evasi manus ejus in nomine Dómini. **Añs.** Ter virgis casus sum, semel lapidatus sum: ter naufragium pertuli pro Christi nomine.

Capitulum.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epistolam in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset hujus viæ viros, ac mulieres, victos perduceret in Jérusalem.

Hymnus.

Exultet orbis gaudiis: Cælum resultat laudibus: Apóstolorum glóriam Tellus & astra concinunt. Vos sæculorum iudices, Et vera mundi lúmina, Totis præcamur cordium; Audite voces supplicum. Qui templa cæli clauditis, Serasque verbo solvitis, Nos à reatu noxios Solvi jubete, quæsumus. Præcepta quorum prótinus Languor salusque sentiunt; Sanate mentes languidas, Augete nos virtutibus. Ut, cum redibit Arbiter In fine Christus sæculi; Nos sempiterni gaudii Concédare esse cõpotes. Patri, simulque Filio, Tibique Sancte Spiritus, Sicut fuit, sit júger Sæclum per omne glória. Amen. **V.** Tu es vas electionis, Sancte Paule Apóstole. **R.** Prædicator veritatis in universo mundo.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël, dicit Dominus.

Oratio.

DEus, qui univèrsum mundum beati Pauli Apóstoli prædicatione docuisti: da nobis, quaesumus, ut qui ejus hodiè Conversionem colimus, per ejus ad te exemplam gradiamur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Petri

Antiphona. Tu es pastor óvium, princeps Apostolorum, tibi traditæ sunt claves regni cælorum. **V.** Tu es Petrus. **R.** Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Oratio.

DEus, qui beato Petro Apóstolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis ejus auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam, Antiphona. Libenter

Capitulum. Saulus adhuc, ut supra.

R. br. In omnem terram. **V.** Exivit sonus eorum. In omnem terram.

V. Et in fines orbis terræ verba eorum. Exivit sonus. Glória Patri.

In omnem terram. **V.** Constitues eos principes super omnem terram.

R. Memores erunt nómínis tui Dómine.

Capitulum. Grátia Dei.

Ad Sextam, Antiphona. Grátia Dei.

Capitulum. *Ant. g. b*

Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.

Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.

R. breva. Constitues eos principes

V. Super omnem terram. Constitues.

V. Memores erunt nómínis tui Dómine.

Super. Glória Patri. Constitues.

V. Nimis honorati sunt amici

tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam, Antiphona.

Ter virgís cæsus sum.

Capitulum.

Ant. g. d

SAulus autem multò magis convalescèbat, & confundèbat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quóniam hic est Christus.

R. breva. Nimis honorati sunt

V. Amici tui Deus. Nimis. **V.** Nimis confortatus est principatus eorum.

Amici. Glória Patri. Nimis.

V. Annuntiavérunt ópera Dei. **R.** Et facta ejus intellexérunt.

Ad Vesperas, Antiphona. Ego plantavi,

cum reliquis de Laudibus. 654.

Psalmi de Comuni Apostolorum. xi.

Capitulum. Saulus adhuc. Hymnus.

Egrégie Doctor. **V.** Tu es vas, ut

supra in primis Vesperis. 650.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancte Paule Apóstole, prædicátor

veritatis, & Doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Oratio. Deus, qui univèrsum mundum, ut supra. 654.

Postea fit Commemor. S. Petri,

ut supra in Laudibus.

Et Sancti Polycarpi, ut infra.

DIE XXVI. JANUARIJ.

In Festo Sancti Polycarpi Episcopi

& Martyris. Semiduplex.

Omnia de Comuni unius Martyris,

xxijj. præter sequentia.

Antiphona. Iste Sanctus pro lege

Dei sui certavit usque ad mortem,

& à verbis impiòrum non timuit fundatus enim erat supra firmam

petram. **V.** Glória & honore coronasti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio.

DEus, qui nos beati Polycarpi

Martyris tui atque Pontificis

annuá solemnitate lætificas: concede propitius; ut ejus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectio-

ne

ne gaudeamus. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectiones de

Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex libro S. Hierónymi Presbyteri de Scriptóribus Ecclesiasticis.

Polycarpus, Joánnis Apóstoli discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asiae princeps fuit; quippè qui nonnullis Apostolorum, & eorum, qui viderant Dóminum, magistros habuèrit, & viderit. Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones, sub Imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Urbe regente Aniceto, Romam venit: ubi plurimos credentium Marcionis & Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cúmque ei fortuito obviam fuisset Marcion, & diceret: Cognoscis nos? respondit: Cognosco primogenitum diaboli. Postea vero regnante Marco Antonino, & Lúcio Aurélio Cómmodo, quartá post Nerónem persecutione, Smyrnæ sedente Proconsule, & universo populo

in amphitheatro adversus eum personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde utilem epistolam, quæ usque hodiè in Asia conventu legitur.

R. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in fóvæam, & in vinculis non dereliquit eum. Et.

De Expositione Sancti Ambrósii Episcopi in Psalmum centésimum décimum octavum.

Lectio v.

Sermone 21.

Princes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injustè persecutiónum tormen-

ta sustineat: qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullus sanguinem fuderit, nullus torum putaverit esse violandum: qui nihil legibus debeat, & graviora latronum sustineat cogatur supplicia: qui loquatur justè, & non audiatur: qui loquatur plena salutis, & impugnetur: ut possit dicere, Cúm loquerer illis, impugnant me gratis.

Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine: impugnatur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis: impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Dómini gloriatur; cum pietas virtutum omnium fundamentum sit.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine, **V.** Et voluntate labiòrum ejus non fraudasti eum. **V.** Quóniam prevenisti eum in benedictiónibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Verè frustra impugnatur, qui apud impios & invidios impietatis arcessitur, cum fidei sit magister. Verum qui gratis impugnatur, fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subterit: Et à verbis tuis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Time Dóminum omnes sancti ejus & beatus vir qui timet Dóminum. Quà ratione beatus? Quia in mandatis ejus cupit nimis.

R. Stola juvenitatis induit eum Dóminus: **V.** Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dóminus pane vitæ & intellectu: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Glória Patri. Et.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum
Matthæum.

Lectio vii.

Cap. 10. c

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opertum, quod non revelabitur: & occultum, quod non sciatur. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.
Comment. in Matth. can. 10. post med.

Dominus diem iudicii ostendit, quæ abstrasam voluntatis nostræ conscientiam prodet; & ea, quæ nunc occulta existimantur, luce cognitionis publicæ detegat. Igitur non minas, non consilia, non potestates insectantium monet esse metuendas: quia dies iudicii nulla hæc feruendæ: atque inania revelabit. Et quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure auditis, predicatæ super tecta. Non legimus Dominum solum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse: sed quia omnis sermo ejus carnalibus tenebræ sunt, & verbum ejus infidelibus nox est.

R. Coróna aurea super caput ejus, Expressa signo sanctitatis, gloriæ honoris, & opus fortitudinis. **V.** Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus corónam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viii.

Itaque id, quod à se dictum est, cum libertate fidei & confessionis vult esse loquentum. Idcirco quæ in tenebris dicta sunt, predicari jussit in lumine: ut quæ secretò aurium commissa sunt, super tecta, id est, excelsò loquentium præconiò audiuntur. Constantè enim Dei ingerenda cognitio est, & profundum doctrinæ Evangelicæ secretum in lumine prædicationis Apostolicæ revelandum: non timentes eos, quibus cum sit licentia in corpora, ta-

men in animam jus nullum est: sed timentes potius Deum, cui perdendæ in gehénna & animæ & corporis sit potestas.

R. Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas iudicium non timuit, nec terrænæ dignitatis gloriam quesivit, sed ad cælestia regna pervenit. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

Lectio ix.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus, neque ullus interimedæ carnis admittendus est dolor: quando pro naturæ suæ atque originis conditione resoluta, in substantiam spiritualis animæ refundatur. Et quia doctrinis talibus confirmatos oportet liberam confitendi Dei habere constantiam, etiam conditionem, quæ teneremur, adjécit, negaturum se eum Patri in cælis, qui se hominibus in terra negasset: eum porro, qui confessus coram hominibus se fuisset, à se in cælis confitendum: qualesque nos nominis sui testes hominibus fuissémus, tali nos apud Deum Patrem testimonio ejus usuros.

Te Deum laudamus. 13.

Vespera de S. Joanne, cum Commemoratione S. Polycarpi.

DIE XXVII. JANUARIi.

In Festo S. Joannis Chrysostomi Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, lix. præter sequentia.
In Hymno Vesperarum dicatur: Hac die lætus meruit supernos Laudis honores.

In utrisque Vesperis ad Magnificat, Ant. O Doctor optime, Ecclē-

sie

Lectio v.

sia sanctæ lumen, beate Joannes Chrysostome, divinæ legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio.

Ecclēsiam tuam, quæsumus Domine, grata cælestis amplifiet: quam beati Joannis Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis & doctrinis. Per Dominum.

Deinde fit Commemor. S. Polycarpi, Ant. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **V.** Justus, ut palma ferebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos, ut supra. 652.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Joannes Antiochenus propter aureum eloquentiæ flumen momento Chrysostomus, à forensibus & secularibus studiis ad divinas litteras summâ cum ingenii & industriæ laude se contulit. Itaque sacris initiatus, ac Præbyter Antiochenæ Ecclesiæ factus, mortuo Nectario, Arcadii Imperatoris operâ invitus Constantinopolitanæ Ecclesiæ præficitur. Quo suscepto pastoralî munere, depravatos mores, & nobiliorum hominum vivendi licentiam vehementius objurgare cepit. Qua ex libertate magnam multorum subit invidiam. Apud Eudoxiam etiam, quod eam propter Callitropæ viduæ pecuniam, & altèrius viduæ agrum reprehendisset, graviter offendit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus.

Quare aliquot Episcoporum ac toto Chalcedone conventu, quò ipse vocatus ire noluit, quò nec legitimum Concilium, nec publicum esse diceret: nitente in primis ipsa contra Chrysostomum Eudoxiâ, eiecit in exilium: sed paulò post propter ejus desiderium seditione populi factâ, admirabili civitatis clausa ab exilio revocatur. Verùm cum perditos mores increpare non desisteret, & ad argentem Eudoxiæ statum in foro sanctæ Sophiæ ludos fieri prohiberet; conspiratione inimicorum Episcoporum iterum exulare cõgitur, viduis & egentibus omnibus communis paréntis ejectionem lugentibus. In exilio Chrysostomus incredibile est & quanta mala perpessus sit, & quam multos ad Jesu Christi fidem converterit.

R. Posui adjutoriûm super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Verùm cum Concilio Romæ habito, decreto Innocentii Primi Pontificis restituitur, à militibus, qui eum custodiabant, in ipse in itinere malis & calamitatibus afficitur. Cùmque per Armeniam duceretur, Sanctus Basiliscus Martyr, in cujus templo antea oraverat, noctu sic eum affatus est: Joannes frater, crastinus dies nos loco conjunget. Quare postridie sumpto Eucharistiæ Sacramento, seque crucis signo muniens, animam Deo reddidit, decimo octavo Kalendas Octobris. Quo mortuo, horribilis grando Constantinopoli cecidit, & quadrius Augustâ cessit è vita. Ejus corpus insigni pompâ, & hominum

mul-

multitudine celebratum, Theodosius Arcadius filius Constantinopolim portandum, & honorifice sepeliendum curavit, sexto Kalendas Februarii, cuius etiam reliquis veneratus, parentum suorum veniam petiit: quod deinde Romam translatum, in Basilica Vaticana conditum est. Multitudinem, pietatem, ac splendorem concionum, ceterorumque ejus scriptorum, interpretandi etiam rationem, & inherentem sententia sacrorum librorum explanationem, omnes admirantur: dignumque existimant, cui Paulus Apostolus, quem ille mirifice coluit, scribenti & predicanti multa dictasse videatur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanierit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 15. in *Matth. sub medium.*

Atendite quid dixerit: Vos estis sal terræ: per quod ostendit, quam necessario inquit precipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas; sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque mundum, & hunc variis criminibus oppressum.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vij.

Dicendo enim: Vos estis sal terræ, ostendit universam hominum infatutatem esse naturam, & peccatorum vi corruptam: & idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorum salutem procurandam necessariæ sunt, atque utiles. Nam qui mansuetus est ac modestus, & misericors & justus, non intra se tantummodo hæc recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem præclaros hos faciet effluere fontes. Igittur qui corde mundo est, atque pacificus, & persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in commune commodum vitam instituit.

V. In medio Ecclesiæ aperuit os ejus: & Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.

V. Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum. Et implevit. Gloria Patri. Et implevit.

Lectio ix.

NE igitur putetis, inquit, ad leviam vos ducendos esse certamina, neque exiguarum rerum vobis incundam esse rationem. Vos estis sal terræ. Quid igitur? Ipsi ne putrefacta medicati sunt? Nequaquam: neque enim fieri potest, ut ea, quæ jam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibi que tradita, atque ab illa jam putredine liberata aspergebant sale, & in ea novitate conservabant, quam à Domino susceperant. Liberare quippe à putredine peccatorum, Christi virtutis est: ut autem ad illa iterum non revertan-

tantur, Apostolorum curæ est ac laboris

Te Deum laudamus. 13.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Agnetis, ut infra.

DIE XXVIII. JANUARI.

Sanctæ Agnetis secundo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stans à dextris ejus Agnus nive candidior, Christus sibi sponsam & martyrem consecravit. **V.** Specie tuâ & pulchritudine tuâ. **R.** Intende, prospere procede, & regna.

Oratio.

DEus, qui nos annuâ beate Agnetis Virginis & Martyris tuæ solemnitate laticas: da quesumus; ut quam veneramus officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per Dominum.

Ad Matutinum; Invitatorium & Hymnus de Communi Virg. lxxxvj.

Nocturnorum Ferte currentis, **V.** & duo **RR.** ex Nocturnis Festi, eo ordine quo sumuntur Responsoria ex Communi Sanctorum in aliis Festis Simplicibus, ut dicitur in Rubrica de Responsoriis.

Lectio iij.

Beata Agnes parentibus ad ejus sepulchrum assidue vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata cum apparisset, sic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis: nam una cum his virginibus vivo apud illum in cœlis, quem in terris totâ mente dilexi. Cum aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia, insanabili ulceri medicinam querens, nondum Christiana, ad idem sepulchrum accessisset, obdormiscens sibi audire visa est vocem hanc Agnetis: Constantèr age Constantia: Crede in Jesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ sanata, paulo post una cum

Pars Hyemalis.

multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi ecclesiam nomine beate Agnetis edificavit.

Te Deum laudamus. 13.

Ad Laudes, Antiphona. Ingressa Agnes, cum reliquis ut in die Festi. 642. Similiter & ad Horas, omnia dicuntur ut annotatur in Festo, præter Orationem, quæ dicitur ut supra, & deinceps post Nonam nihil fit de ea.

DIE XXIX. JANUARI.

In Festo S. Francisci Salesii Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. præter sequentia.

In Hymno ad Vesperas & Matutinum dicitur: Hac die lætus meruit supremos Laudes honores.

Oratio.

DEus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius; ut charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus diligentibus monitis, ac suffragantibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Franciscus in oppido Salesio, undè familiæ cognomen, piis & nobilibus parentibus natus, a teneris annis futuræ sapientias indicia præbuit, morum innocentia & gravitate. Adolescens liberalibus disciplinis eruditus, mox Philosophiæ ac Theologiæ Parisiis operam dedit: & ne quid sibi deesset ad animi culturam, Juris utriusque lauream summa cum laude Patavii obtinuit. In sacra aede Lauretana perpetuæ virginitatis votum, quo pridem Parisiis se obstrinxerat, in-

T

no.

novavit: à cuius virtutis proposito nullis unquam dæmonum fraudibus, nullis sensuum illecebris potuit dimoveri.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: *Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficit inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio vj.

R. Ecusata in Sabaudie Senatu amplissima dignitate, Clericali militia nomen dedit: tum Sacerdotio initiatus, & Genevensis Ecclesie Praeposituram adeptus, ejus muneris partes adeo perfecte explēvit, ut eum Granerius Episcopus vindicandis ab haeresi Calviniana Caballicensibus, aliisque Genevæ finitimis pōpulis, divini verbi præcōnem destinavit. Quam expeditionem alacri animo suscipiens, asperrima quæque perpessus est, sæpe ab hæreticis conquisitus ad necem, variisque calumniis & insidiis vexatus. Sed inter tot discrimina & agones, insuperabilis ejus constantia semper enituit; Deique ope protectus, septuaginta duo millia hæreticorum ad Catholicam fidem reduxisse dicitur, inter quos multi nobilitate & doctrinā insignes numerantur.

R. Pōsui adjutoriū super potētem, & exaltavi electum de plebe mea: *Manus enim meo auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vij.

M. Ortuo Granerio, qui eum sibi Coadjutorem decerni curaverat, Episcopus consecratus, sanctitatis suæ radios circumquaque diffudit, zelo Ecclesiasticæ disciplinæ, pacis studio, misericordiā in pauperes, omnique virtute conspicuus. Ad divini cultus augmentum

novum Ordinem Sanctimonialium instituit à Visitatione beatæ Virginis nuncupatum sub regula Sancti Augustini, cui addidit constitutiones, sapientiā, discretionem, & suavitate mirabiles. Suis etiam scriptis cœlesti doctrinā referētis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad christianam perfectionem tutum & planum demonstrat. Annum denique agens quinquagesimum quintum, dum è Gallia Annesium regrēditur, post Sacrum in die Sancti Joannis Evangelistæ Lugdōni celebratum, gravi morbo corruptus, sequenti die migravit in cœlum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Ejus corpus Annesium delatum in Ecclesia Monialium dicti Ordinis honorifice conditum fuit; cepitque statim miraculis clarēscere. Quibus ritè probatis, ab Alexandro Sēptimo Pontifice Maximo in Sanctorum numerum relatus est, assignatā ejus festivitati die vigesima nonā Januarii.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinā ejus replēta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervēnit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glōria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Homo peregrè proficiscens, ut in Communi Confessoris Pontificis Ixv.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sanctæ Martinæ Virginis & Martyris, ut infra.

DIE XXX. JANUARIJ.

In Festo Sanctæ Martinæ Virginis & Martyris. Semiduplex. Omnia de Communi Virginum Jxxiv. præter ea quæ assignantur propria.

Pro

Pro Commemorazione S. Martinæ Virginis & Martyris, Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. **V.** Specie tuā & pulchritudine tuā. **R.** Intēnde, prospere procede, & regna.

Oratio.

D. Eus, qui inter cætera potentia tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius, ut qui beatæ Martinæ Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Nisi Festum S. Martinæ transferri contingat, tunc enim in primis Vesperis, si à Capitulo fit de eodem Festo, dicitur Hymnus. Martinæ celebri, usque ad Quærit præmia, & in fine A nobis abigas, & ad Matutinum dicitur Hymnus Non illam, usque in finem. Si vero non transferatur, ad Matutinum dicitur Hymnus ut infra.

Ad Matutinum, Invitatorium. Regem Virginum Dominum, * Venite, adoremus. **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

M. Artinæ celebri plaudite nōmini, Cives Romulei, plaudite glōriæ, Insignem meritis dicite Virginem,

Christi dicite Martyrem. Hæc dum conspicuis orta parentibus Inter delicias, inter amabiles Luxus illecebras ditibus affluit Faustæ munēribus domūs. Vitæ despiciens cōmoda, dēdicat Se rerum Dōmino, & nūmificā manu Christi pauperibus distribuens opes, Quærit præmia Cœlitum.

N. On illam crucians ūngula, non fere, Non virgæ horribili vūlnerē cōm-movent: Hinc lapsi è sūperum sēdibus Angeli

Cœlesti dape recreant. Quin & depositā savitie leo Se rictu placido projicit ad pedes: Te Martina tamen dans gladius neci

Cœli coribus inserit. Te, thuris rēdolens ara vapōribus Que fumat, præcibus jugiter invocat, Et falsum pērimens auspicium, tui Delet nōminis ōmine.

A nobis abigas lubrica gaudia Tu, qui Martyribus dexter ades Deus Une & Trine: tuis da famulis jubar,

Quo clemens animos beas. Amen.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

M. Artina virgo Romāna, patre consulari, illustri genere nata, teneris adhuc annis orbata parentibus, Christianæ pietatis ardore succensa, divitias, quibus affluebat, mirā in pauperes liberalitate distribuit. Sub Alexandro Principe, cum deos inanes colere juberetur, immāne facinus summā libertate detestatur. Quapropter iterum atque iterum affecta verbēribus, unciis, ūngulis fērreis, testarum fragmētis lacerata, acutissimis gladiis membratim concisa, adipē fervēnti peruncta, demum in amphitheatro damnata ad bestias: à quibus illa divinitus evadens, in ardēntem rogiū injeçta, incolumis pari beneficio servatur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinē

Tt 2

dinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendit, prospere procedet, & regna. Et deducet.

Lectio v.

EX ejus tortoribus nonnulli mirâculi novitate correpti, Dei aspirante gratiâ, Christi fidem amplexi, post cruciatus gloriosam martyrii palmam capitis abscissione promeruerunt. Ad ejusdem preces nunc terramotibus exortis, nunc ignibus è celo tonante delapsis, deorum templa prostrata sunt, & simulacra consumpta. Interdum ex vulneribus lac cum sanguine erupit, splendore nitidissimus, ac suavissimus odor è corpore emanavit: interdum sublimis regiâ in sede divinis laudibus unâ cum Cœlitibus interesse visa est.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Hæc prodigiis, ejusque in primis constantiâ, acriter permotus iudex, caput Virgini amputari præcepit: quâ peremptâ, audiatque de cœlo voce, quâ ad superos evocabatur, Urbs tota contrémuit, ac multi idolorum cultores ad Christi fidem conversi sunt. Sacrum Martine corpus, sedente Sancto Urbano Primo, martyrio affectum, Urbano Octavo Pontifice Maximo, in pervetusta ejusdem Ecclesiâ ad Mamertinum carcerem in Capitolini civi radicibus, cum Sanctorum Martyrum Concordiâ, Epiphaniâ, & sociis corporibus repertum, eodem loco in meliorem formam redacto, atque decentius ornato, magno populi concursu, totius Urbis lætitiâ, solenni ritu ac pompâ repositum est.

R. Afferentur regi virgines post eam, proxima ejus: * Afferentur tibi in lætitiâ & exultatione. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intendit, prospere procedet, & regna. Afferentur tibi. Glória Patri. Afferentur tibi.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, de Communi Virginum. xliij.

Ad Laudes, Hymnus.

Tu natâle solum protége, tu bonæ Da pacis réquiem Christiâdum plagis; Armorum strépitus & fera prælia In fines age Thracios:

Et Regum sóciâs agmina sub crucis Vexillo, Sólymas néxibus exime, Vindéxque innocui sanguinis hosticum Robur fînditûs érue.

Tu nostrum cólumen, tu decus inclytum, Nostrârum obséquium respice méntium; Romæ vota libens excipe, quæ pio Te ritu canit, & colit.

A nobis abigas lubrica gaudia Tu, qui Martyribus dexter adest Deus Une & Trine: tuis da famûlis jubar, Quo clemens ânimos beas.

Amen. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona. Simile est regnum cœlorum homini negotiâtóri quærénti bonas margaritas: inventâ unâ pretiosâ, dedit omnia sua, & comparavit eam.

Oratio. Deus, qui inter cætera, ut supra. 661.

Ves-

Vesperæ de S. Petro Nolascos, cum Commemoratione S. Martine.

DIE XXXI. JANURII.

In Festo S. Petri Nolasci Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lxxij. præter sequentia.

In Hymno ad Vesperas & Matutinum dicatur: Hæc die lætus meruit supremæ Laudis honores.

Oratio.

Deus, qui in tuæ charitatis exemplum, ad fideliûm redemptionem Sanctum Petrum Ecclesiâ tuam novâ prole fecundare divinitus docuisti: ipsius nobis in conversione concede, à peccati servitute solutis, in cœlesti patria perpetuâ libertate gaudere. Qui vivis & regnas.

Deinde fit Commemor. S. Martine, Asia. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus præparavit in ætérnum. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **Oratio.** Deus, qui inter cætera, ut supra. 661.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Nolascus, Recaudi prope Carcasonam in Galliâ nobili genere natus, singulari erga proximum charitate excelluit. Cujus virtutis præsagium fuit, quod cum adhuc in cubulis vagiret infans, exâmen apum ad eum convolvit, & favum mellis in ejus dextera construxit. Adolescens parentibus orbatus, Albigensium heresim, quæ tunc in Galliâ grassabatur, execrans, divendito patrimonio, in Hispaniam secessit: & apud beatam Virginem Montis-Serrati

votum, quo pridem se obstrinxerat, exsolvit. Tum Barcinonem pergens, cum Christi fidelibus ab hostium servitute redimendis, omnem pecuniâ consumpsisset, seipsum pro illis liberandis venum ire, aut in illorum vincula suffici cupere dicebat.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit illi.

Lectio v.

Quam gratum Deo fuerit hoc sancti viri desiderium, subsequens declaravit événtus: Nam noctu oranti, & de Christianorûm in captivitate degentium subsidio, multa animo volventi, beata Virgo apparens, Filio suo sibique acceptissimum fore suggessit, si ad sui honorum Religiosorum Ordo institueretur, quibus præcipue esset cura captivos ab infidelium tyrannide liberare. Huic cœlesti monito illico obtemperans, unâ cum Sancto Raimundo de Peñafor, & Jacobo primo Rege Aragóniæ, de eadem re à Dei Genitrice ipsâ nocte præmonitis, Religionem beatæ Mariæ de Mercède redemptionis captivorum instituit: Sociâbus suis quarto voto obstrictis, manendi in pignus sub Paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit. **R.** Amavit eum Dóminus, & ornâvit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dóminus Ioricam fidei, & ornâvit eum. Et ad portas.

Lectio vi.

Edito virginitatis voto, illibata tam perpetuo castitatem servavit. Patientiâ, humilitatē, abstinentiâ,

tiâ, cæterisque virtutibus mirabiliter enituit. Prophetiâ dono illustris, futûra prædixit: inter quæ maxime celebratur, quod Jacobus Rex Valentiam à Mauris occupatam expugnauerit, acceptâ prius ab eo obtinendæ victoriæ securitate. Angeli Custodis, ac Deiparæ Virginis frequenti apparitione recreabatur. Sermo tandem confectus, de imminenti morte cæritor factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captivos cohortatus, & Psalmum Confitebor tibi Domine in toto corde meo, devotissimè recitans, ad illa verba: Redemptiorem misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit mediâ nocte Vigilie Nativitatis Domini anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cuius Festivitatem Alexander Septimus die trigesima primâ Januarii celebrari præcepit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glôria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelium. Nolite timere pusillus grex, de Comuni Confessoris non Pontificis. lxxxij.

In secundis Vesperis fit Commemoratio S. Ignatii Episcopi & Martyris. Antiphona. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Glôria & honor coronasti eum Domine. **R.** Et constituiti eum super opera manuum tuarum.

Oratio ut infra.

FESTA FEBRUARII.

Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. clvj.

DIE I. FEBRUARII.

In Festo S. Ignatii Episcopi & Mart. Semiduplex.

Omnia de Comuni unius Martyris, xxij, præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio.

Infirmiâtem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Ignatii Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro S. Hieronymi Presbyteri de Scripturis Ecclesiasticis.

LECTIO IV.

Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commovente persecutionem Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinculis mittitur. Cùmque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, Episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos: & inde egradiens scripsit ad Philadelphios, & ad Smyrnaeos, & propriam ad Policarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam: in qua & de Evangelio, quod nuper à me translatum est, super persona Christi ponit testimonium.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lec-

Lectio v.

Ignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca ponere. De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari & in terra: nocte diæque ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt; quibus & cum benefeceris, peiores sunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est: sed non idcirco iustificatus sum. Utinam fruar bestiis, quæ mihi sunt preparatæ: quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me, ne sicut & aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer. Ignoscite mihi filii: quid mihi prosit, ego scio.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, & Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vi.

Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his, quæ videntur, desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestie, confractio ossium, membrorum divisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantùm ut Christo fruar. Cùmque jam damnatus esset ad bestias, & ardore patiendi rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Traiani. Reliquæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmetério.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: & Et coronam pulchri-

tudinis posuit super caput ejus, **V.** Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potavit illum. Et coronam. Glôria Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Cap. 12. d

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tractatu 51. in Joannem, sub medium.

Ipse Dominus Jesus erat granum mortificandum, & multiplicandum: mortificandum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans ad passionis suæ sectanda vestigia. Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam: noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. **R.** Corona aurea super caput ejus, & Expressa signo sanctitatis, glôria honoris, & opus fortitudinis. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Expressa.

Lectio viij.

Hoc autem, quod posteriori dixi, magis habere videtur Evangelicis sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo, quod supra dictum est, qui amat, (subintelligitur in hoc mundo) ipse utique perdet: qui autem odit (uti-